

scit, cave dubites studio meo aut promptitudini quidquam
 defuisse, vel si te amore mutuo inter nos certandum sit,
 ulli in parte meo cessurum tibi, quem tamen quam
 optimis mihi cupere affectuque non vulgari, si aliquid
 nescium, abunde imper ab Elzeviris didici. Dum adsidem
 tibus sese amicissimam a te meo mentionem factam, non
 sicis argumentis indicarent. Quaso vero Te Vir Nobilis-
 simo, qui mihi in animo et oculis continenter obversari,
 quando nec inter pocula memoriam Huygeni deponis,
 ejusdem ~~inter~~ inter Musas et libros quam sapientissime
 recorderis, ut intelligere possim non nunquam quibus
^{num}
 in rebus erudire presentes, posteritatem vero totam
 demereri aeternus autor pares. Nihil inter has aula, cas-
 trosumque duplicem tumultum gratis accidere
 possit mihi, qui te ex animo valere cupio, et nos
 amare. Ad Sylvam Ducis. 8. Augusti 1679.

Barlaam.

(106).
 Magna et mirabili fortitudine violentas tibi manus
 intulisse, mi Barlaam, et quum pro jure amicitias
 fuerint, qui monere parulisque aberrantem ausi sint.
 tu sapere audendo bis te laudabilem et amicis, et iniquis-
 simo cuique lectori praestitisti. Praclare olim de lucubra-
 tionibus suis Quintilianus, cujus, cum hic ad manum non
 sit, nescio an ipsa verba satis ex fide recensedo. Dabam
 inquit, eis otium, ut refrigerato inventionis amore
 diligentius repetitas tanquam lector perpendere.
 iisdem Te secundis curis, dici non potest quanto tibi
 imper consulueris; me vero devinxeris fame et existi-
 mationis tuae studiosissimum amatorem. Tum
 plane diminasse videris, qua te parte castigatione tua
 dignum, amici judicabamus; Cujus rei nisi te priva-
 tim Burgkins admonuit, miror sane qui tam exacte
 animi nostri sententias conjectura tetigeris. Laudo
 vero Te, et egregiam amicitiaorem exosculor: quo
 factum scito, ut jam meo administrante in ore
 manique procerum ceterorumque bonorum omnium
 summae cujusque cum voluptate versatus sis. Necesse
 quid otij suppetat gravabor interpretem me tibi dare
 quo saltem Gallico sermone particeps Princeps meus fiat.
 oratione

oratiuncula tam nervose tam appositis tibi applicata. ego miserrime distrahor, neque ad amoenitates istas, ne
captivi obiterque admittor. Hanc tibi in re tamen
ullo modo possiam, non sum defuturus. Vale. Viri docti
sime, et si aliquando eleganti calamo illi quid exciderit
rei novae, quaeso mecum communicato, qui inter Reip
blica crebras hodie molestias atque agritudines, auro me
his floribus oblectare nonnumquam. Quae Beaumontii
de nummis creditu, et praecipue de ultima voluntate
scripsisti, lepidissima sunt, et ipsa insolentia qua velle
capias, mihi gratissima. In Castris ad Sylvam Ducis
14. Augusti 1629.

In Effigiem Domus Veselariae

Placet, et miseros maneat sua fata Brabantos,
(Audiat illud Iber) Stabis avita Domus.
Stabis, et inuicta, etiam post funera, verbis
Extincta dabitur dicere, Talis eram.

S. P.
Helusio.

(107.)
Poteram videri non immerito facilitate tua abuti, Vir
Maxime, nisi hanc insignem scilicet repetenda scriptura
occasionem nactus fuisset. Non putari autem fugere
te oportere nugacissimi homini ineptias, quarum iste
mihi hesterno die ^{alatum} ~~mittum~~ e Britannia exemplar. Eo
gaudebam amplius, quod notabile videndi argumentum
oblaturus tibi extemplo videbar, quasi in vicem fastidiosa
lectionis, quam candori tuo intemperantia nuper nostri
parum opportunis obstruxit. Equidem hoc futuri negotii
plus quam leuiter afficiat, ut cui conjunctissima olim
cum proclavo istos Censore familiaritas intercesserit, ea
feri tempestate cum voratio idem iste ^{scotum} Scoticum (quo
vernacule dicimus) publici negotium faceretur, et
omnem irreposito pede lapidem, moveret, quo ad solennem
Monomachiae aleam admitteretur. pari proinus quo nunc
ut opinor oestro percitus. Tu, si otium est, vel ride tecum
vel ride et ringere cum Asculapia cohorte, eades tam
indigno